

Alte Drucke

**ACTVS MAGISTRORVM PHILO-||SOPHIAE DVO:|| Continentes ||
ORATIONES,|| DE ANIMARVM || PESTIBVS, QVIBVS INNVMERI ||
HOMINES OMNIBVS SECVLIS INFECTI || ...**

Müller, Veit

Frankfurt/Oder, 1598

VD16 ZV 27218

ANAGRAMMATA in honorem D. PHILIPPI ALBERTI HALAE FRANCOFVRDIANI,
luuenis & moribus & eruditione probe politi, cum ei in incylta Tübing. Academia
secundae Laureae insignia solenniter decernerentur; ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149783

77
ANAGRAMMATA
in honorem

D. PHILIPPI AL-
BERTI HALÆ FRANCOFVRDIANI,

Iuuenis & moribus & eruditione probe politus, cum ei in
incylta Tübing. Academia secundæ Laureæ
insignia solenniter decernerentur; An-
no 1597. 10. Augusti.

NON ego Phidiaco possum tibi sculpta labore
Aurea magnatum promere signa modo.
Non ego de plena possum tibi Cræsus acerra
Iro largiri munera pauperior.
Præstet id Assyrio cui lana infecta veneno;
Vinaque Mentoreo qui bibit ex opere.
Nos hoc largimur quod possumus, accipe nostras
Incultum stipulæ carmen inertis opes.
Et decet & magis hoc nunc exornabere, quam si
Æra det auritus, tu modo crede, Midas.
Afficit haud Musas tam sordidus ardor habendi,
Hoc solum vulgus carpitur igne tenax.
Carmine ducuntur placidæ modulisque Camænæ
Gaudia sunt metrum, dulcibus, æra melos.
Pro nummis, numeros, fuluo proque ære, Corollas
Pro imperio Pallas donat habere decus.
Hoc hodie verum esse probat, dilecte Philippe
Quæ posita est capiti bella Corolla tuo.
Hoc attestantur plausus & iubila lætæ
Cantata hinc atque hinc Carmina mentis opus.
Attende ut reboet percussus vocibus æther
Hic vbi rauca Nieris flumina suaue strepunt.
Clangunt æra tubæ pictis fluitantia velis
Nata iterat fractos ære nimfa sonos.

K 3

Circum-

Circumstant denso fremitu, spectantque frequentes
 Musicolæ hîc; mirans hîc rude vulgus hiat;
 Hîc & agrestis hiat sese extra raptus, & inquit,
 Contigit o nunquam tale videre mihi.
 O qui nunc duro terram molitur aratro,
 Cur non est factus filius iste studens?
 Namq; capax puer est; nunc pulchrum ita palliū haberet,
 Pulchra ita ferta forent, tali in honore foret.
 Maeste Philippe tua virtute o maeste Corolla
 Quam bijugo lêgit monte Sophia tibi.
 Scilicet æternum floret: nec frigore Cauri
 Occidit, aut gelidæ funere mortis obit.
 O quantum ingenuæ nitidissima ferta Sophiæ
 Præstant, quam Paphia lecta Corolla manu.
 O quotiens melior, quotiens felicior ille
 Mitia qui Sophiæ basia figit amans.
 Quam qui vesano traiectus pectora telo
 Cypria siue tuo siue Cupido tuo.
 Saucius integræ consumens tempora noctis
 Oclusas dominæ supplicat ante fores,
 Aut Strophium petit, aut petit oscula, ferta vel optat
 Vespere quæ sero marcida facta cadunt.
 Talia non nectit diuina Sophiola ferta,
 Illius aut tales educat hortus opes.
 Talia nocte mihi diuina Sophiola ferta
 Quæ videat nullus facta caduca dies.
 Non ego ferre graues tam pulchro in amore labores
 Non ego quod iubeor ferre grauabor onus.
 Spes mihi sufficiet vires, spes ducere noctes
 Insomnes faciet; spes tolerare dabit.
 Carmina mille tibi voueo: modo munere tali
 Subdita seruii subtrahe colla iugo.

Hæc

Hæc cecinisse sat est frondente sub arboris umbra;
 Qua strepero Nicri in urmurat vnda sono.
 Qua grauida apricis coquitur vindemia saxi,
 Flauaque maturis frugibus arua nitent.
 Qua saluunt inter nemorosa cacumina Fauni,
 Abditæ & in siluis dulce queruntur aues.
 Surgere me cogit canis Erigoneius, ô si
 Cum lupulo coctæ me riget humor aquæ.

Sebastianus Hemmingerus, Phil. stud.

ALIVD.

Philippus Albertus Haala:
 Thura lapillis pupa habes.

O Stulum Paridem cui quondam in vallibus Ida
 Pulcra videbatur de tribus vna VENVS.
 Quineque Iunonis nec Palladis aurea dona
 Delituisse Cypridos antequam.
 Ab IOVE nunc eadem quoniam mihi facta potestas,
 Ut tres iudicio stent ve cadant ve meo.
 Vnica & vna tamen geminas certamine vincat,
 Victrices nec sint tresve duæ simul.
 Iudico; si par est vestras componere lites,
 Pulcra quidem I V N O, pulchrior ipsa VENVS.
 Attamen O PALLAS pulcherrima Diua Dearum
 In toto nusquam corpore menda tibi.
 Namque Rosæ quantum superant spineta rubentes
 Tantum es nobilior corpore præ reliquis.
 Quid nisi diuitias spondet ditissima IVNO?
 Et Paridem Cypris quid nisi amare docet?
 At mea tu PALLAS summi IOVIS orta cerebro
 Pieridum confers munera multa mihi.
 Te duce Musarum colles & castra petiui,
 Te propter Lauri ferta secunda gero.
 Ergo cum Libyis fumantia THYRA LAPILLIS
 Me per amatorem PVPA decenter HABES.
 Inunc; hæc fer signa IOVI, queis credere possit
 (Iudice me) palmam PALLADA habere suam.

Georg. Conradus Maicclerus, Phil. stud.

F I N I S.